

Programm

des

Königl. Friedrichsgymnasiums zu Gumbinnen,

womit

zur öffentlichen Prüfung der Schüler
aller Classen

am 1. und 2. August 1872

ergebenst einladet

Dr. Julius Arnoldt,
Professor und Director.

Inhalt: 1. Die Tempusfolge in konjunktivischen Nebensätzen, ein Beitrag zur lateinischen Grammatik. Zweiter Theil. Von D. L. Dr. Robert Basse.
2. Jahresbericht. Vom Director.



Gumbinnen 1872.

Gedruckt bei Wilhelm Krausencd.



KSIĄŻNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

~~Stadtbibliothek~~
Chorn

AB 1768

Die Tempusfolge in konjunktivischen Nebensätzen.*)

f. Verwandelt sich ein Bedingungshauptsatz in einen indirekten Fragesatz oder wird er von einem mit dem Konjunktivus zu verbindenden Relativum oder den Konjunktionen *ut, ne, quin, quum causale* u. s. w. abhängig oder enthält er eine an ein Verbum *declarandi* sich anlehrende Aufforderung, so tritt das Prädikat desselben in dasjenige Tempus, welches die oben § 1 und § 2 angegebenen Hauptregeln erfordern. Eine Ausnahme machen nur die sogenannten unwahren Bedingungssätze. Diese erleiden, wenn sie in der angegebenen Weise abhängig sind und das Bedingende mit seiner Folge nach der Ansicht des Redenden in der Gegenwart nicht möglich oder nicht wirklich ist, keine Veränderung, so daß also der *Conjunctivus Imperfecti* im Bedingungshaupt- und Bedingungsnebensatz selbst nach einem Haupttempus bleibt. Ist das Bedingende mit seiner Folge nach der Ansicht des Redenden aber in der Vergangenheit nicht möglich oder nicht wirklich gewesen, so bleibt der Bedingungsnebensatz zwar auch unverändert, das Prädikat des Bedingungshauptsatzes jedoch tritt, gleichviel ob das Tempus des im regierenden Satz befindlichen Prädikats ein Haupt- oder ein Nebentempus ist, auffallend oft in den *Conjunctivus Perfecti* und zwar in den des einfachen Verbum, wenn die Adverbia *paene* oder *prope* dabeistehen oder wenn die Ausdrücke des Könnens, Müßens und Sollens (*posse, licere, necesse esse, oportere, debere*) oder endlich wenn die ihnen verwandten Ausdrücke (— *ndum esse, convenire, decere, fas, nefas, tempus, peccatum, officium, par, aequum, iniquum, rectum, justum, dignum, pertinens, praeclarum, superbum, absurdum, ridiculum, decorum, necessarium, consentaneum, longum, infinitum, facile, difficile, satis, aequius, melius, utilius, optabilius, satius, optimum est* u. s. w. das Prädikat bilden, sonst in den *Conjunctivus Perfecti* der sogenannten *Conjugatio periphrastica activa* (— *urus fuerim*). Passivische Wendungen der letzten Art kommen abgesehen von dem Gebrauche des *Participium* auf *ndus* in Verbindung mit dem *Conjunctivus Perfecti* von *sum* und dem des *Infinitivus Praes. Pass.* in Verbindung mit dem *Conjunctivus Perfecti* von *posse, debere* u. s. w. bei dem Mangel eines eigentlichen *Participium Fut. Pass.* nicht leicht vor.

Illud non intellego, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint. Cic. Cat. 2, 10.

Legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recipere, obsides sibi remittat. Caes. B. G. 3, 8.

Quaero, si haec (näm. daß sein Haus ungesund, voller Schlingen und baufällig sei) emptoribus venditor non dixerit aedesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num injuste aut improbe fecerit. Cic. off. 3, 13.

Non dubitari debet, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia Aeduis libertatem sint erepturi. Caes. B. G. 1, 17.

Caesari ego rescripsi, quam mihi gratum esset facturus, si quam plurimum in te studii contulisset. Cic. ad fam. 7, 8.

*) Der erste Theil dieser Abhandlung ist mitgetheilt im Progr. Gumbinnen 1871.

Caesar scribit Labieno, si rei publicae commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Caes. B. G. 5, 46.

A vobis ita arbitror spectari oportere, quanti haec eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, aestimentur, quanti venire soleant, quanti haec ipsa, si palam libereque venirent, venire possent, denique ipse Verres quanti aestimet. Cic. Verr. 4, 7.

Honestum tale est, ut, vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent, sua tamen pulchritudine esset laudabile. Cic. fin. 2, 15.

Quos amissimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriae, ut dubitari debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Caesar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat, quos potest. Cic. pro Marc. 6, 17.

Ac si tum P. Sestius, iudices, in templo Castoris animam, quam vix retinuit, edidisset, non dubito, quin, si modo esset in re publica senatus, si majestas populi Romani revixisset, aliquando statua huic ob rem publicam interfecto in foro statueretur. Cic. pro Sest. 38, 83.

Urbs Byzantium sic spoliata ac nudata est, ut, nisi C. Vergilius intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. Cic. de prov. con. 4, 7.

Haud dubium fuit, quin, nisi ea mora intervenisset, castra eo die capi potuerint. Liv. 24, 42.

Primo concursu adeo aequis viribus gesta res est, ut, si affuissent Etrusci et Umbri, aut in acie aut in castris, quocunque se inclinassent, accipienda clades fuerit. Liv. 10, 27.

An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit, in qua fratres fuerunt? Cic. pro Lig. 12, 34.

Si id facere voluisses, non dubito, quin omnis ad te conversura fuerit multitudo. Cic. pro Planc. 20, 50.

Adeo est inopia coactus Hannibal, ut, nisi cum fugae specie abundum timuisset, Galliam repetiturus fuerit. Liv. 22, 32.

Virgines eo cursu se ex sacrario proripuerunt, ut, si effugium patuisset, impleturae urbem tumultu fuerint. Liv. 24, 26.

Sed tamen abs te, Torquate, quaero, quum tibi, meo familiari, prius etiam edituri fuerint scribae mei, si voluisses, quam in codicem rettulissent, quum videres aliter referri, cur tacuisti, passus es? Cic. pro Sull. 15, 44.

Nec dubium erat, quin, si tam pauci simul obire omnia possent, terga daturi hostes fuerint. Liv. 4, 38.

Pompejus *ἔσογιζέτο*, quid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se divinare non potuisse. Cic. ad Att. 2, 16. *)

§ 22. Anm. 1. Was von vollständigen Bedingungsätzen in der § 21 näher bezeichneten Abhängigkeit gilt, gilt auch von unvollständigen und verkürzten.

Sed me recreat et reficit Cn. Pompei, sapientissimi et justissimi viri, consilium, qui profecto nec justitiae suae putaret esse, quem reum sententiis iudicium tradidisset, eundem telis militum dedere, nec sapientiae, temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare. Cic. pro Mil. 1, 2.

Idemne delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi atque sapientissimi viri iudicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis rei publicae iudicaret? Cic. pro Mur. 39, 83.

Ejus vitam quisquam spoliandam ornamentis esset dicat, cujus mortem ornandam monumento sempiterno putaretis? Cic. pro Sest. 38, 83.

Nihil est, quod te mallet probare. Cic. Verr. 5, 59.

Nemo est, quin audisse se liquido diceret. Cic. Verr. 3, 59.

Omnia, quae dicam, sic erunt illustria, ut ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possem. Cic. Verr. 5, 53.

Exortus est servus, qui, quem in aculeo appellare non posset, eum accuset solutus. Cic. pro Dej. 1, 3.

*) Mehr Beispiele zu der voranstehenden Regel finden sich in der Zusammenstellung des Wichtigsten aus der Lehre von den hypothetischen Sätzen im Progr. Gumbinnen 1862, § 29.

Hannibal ex Lucano in Bruttium agrum ad fretum ac Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos opprimeret. Liv. 26, 12.

Haec dicta adeo nihil moverunt quemquam, ut legati prope violati sint. Liv. 3, 2.

Quaero, cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? Cic. pro Sull. 2, 4.

Quid (proferam) C. Neronis, viri optimi atque innocentissimi, nonnullis in rebus animum nimium timidum atque demissum, qui in illa re quid facere potuerit, non habebat, nisi forte, id quod omnes tum desiderabant, ut ageret eam rem sine Verre et sine Dolabella? Cic. Verr. 1, 30.

Legati Syracusani nuntiarunt, caedem C. Flamini allatam adeo aegre tulisse regem Hieronem, ut nulla sua propria regni que sui clade moveri magis potuerit. Liv. 22, 37.

Legati ad ea: Adco aequa postulastis, ut ultro vobis deferenda fuerint. Liv. 3, 53.

Judicatio nascitur, utrum satius fuerit amittere milites an ad hanc conditionem venire? Cic. de inv. 2, 24.

Videte, quid ea viti lex habitura fuerit, cujus periculosa etiam reprehensio est. Cic. pro Mil. 12, 33.

Etsi utrique nostrum prope aequae gratiae erant, tamen ego admirabar magis, te, quasi rogatus aut certe admonitus liberaliter Attico respondisses, quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat, ultro ad eum scripsisse eique nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. Cic. ad fam. 13, 18.

Id vero periculum erat (ironisch), ne majestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustineri non potuerit populus Romanus, et, adversus quem Athenis concionari libere ausi sint homines, adversus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit. Liv. 9, 18. *)

Ann. 2. In Bedingung und Folge in unwahren hypothetischen Sätzen der Vergangenheit von quum § 23. temporale abhängig, so bleibt der Conjunctivus Plusquamperfecti im Bedingungshaupt- wie Bedingungsnebensätze unverändert. Dasselbe geschieht bisweilen auch nach quum adversativum, nach dem konsekutiven ut, nach ne und nach quin, selbst im Anschluß an ein Praesens im Hauptsätze.

Quidnam homines putarent, si (Clodius) tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante populo Romano insecutus es negotiumque transegressus, nisi se ille in scalas tabernae librariae coniecisset iisque oppilatis impetum tuum compressisset? Cic. Phil. 2, 9.

Tantumque sua laude obstitit famae consulis Marcius, ut, nisi foedus cum Latinis, columna aenea insculptum, monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega afuerat, ictum, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. Liv. 2, 33.

Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Cic. de orat. 1, 55.

Quod ille si repudiasset, dubitatis, quin ei vis esset allata, quum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur? Cic. pro Sest. 29, 62.

Ann. 3. Selbst die Verba des Könnens und Müßens und die ihnen verwandten (s. § 21) stehen in § 24. Bedingungshauptsätzen, wenn die Bedingung eine unwahre der Vergangenheit ist, und dieselben entweder indirekte Fragesätze oder von quum temporale, quum adversativum oder quin abhängig sind, nach einem Nebentempus im regierenden Satze nicht selten im Conjunctivus Plusquamperfecti. Dasselbe gilt von der Conjugatio periphrastica activa.

Milo profectus (est) id temporis, quum jam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Cic. pro Mil. 10, 28.

Quare meminisse debes, eos, qui auctoritatem et consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, quum tua prudentia salvi esse potuissent. Cic. ad fam. 4, 3.

Et in Volscis accepta clades, amisso Verrugine praesidio; ubi tantum in tempore fuit momenti, ut, quum precantibus opem militibus, qui ibi a Volscis obsidebantur, succurri, si maturatum esset, potuisset, ad id venerit exercitus subsidio missus, ut ab recenti caede palati ad praedandum hostes opprimerentur. Liv. 4, 58.

Philippus, si satis diei superesset, non dubius, quin Athamanes quoque exui castris potuissent, sub tumulo in proxima planitie cecidit. Liv. 31, 42.

Si me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset, auxilia posteritatis essent imminuta, quod peremptum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuisset senatus populusque Romanus. Cic. pro Planc. 37, 90.

Apparuit, quantum excitatura molem vera fuisset clades, quum vanus rumor tantas procillas excitavisset. Liv. 28, 24.

At, hercule, nos iidem (admonente fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset) quum redeuntis in latrunculos Thracas incidissemus, caesi, fugati, exuti impedimentis sumus. Liv. 38, 46.

Eine Anomalie ohne Parallele ist: Defensor quaeret ab accusatoribus, ab iudicibus ipsis, quid facturi essent (si facturi fuerint), si eo loco fuissent. Rhet. ad Her. 2, 14.

*) Eine größere Anzahl von Beispielen zu der Regel findet sich im Progr. Gumbinnen 1862, § 30.

§ 25. Ann. 4. An gewissen Stellen ist der Ausdruck trotz dem Vorhandensein eines hypothetischen Hauptsatzes dennoch elliptisch. *)

Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates et subieris et multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris (statt et multo etiam magis subire paratissimus fueris et subiturus fueris, si per me licuisset). Cic. ad fam. 15, 4.

Quibus rebus qui timor bonis omnibus injectus sit (ergänze et omnes oppressurus fuerit) quantaque desperatio rei publicae, si ille consul factus esset, nolite a me commoneri velle. Cic. pro Mur. 25, 50.

Quantum periculum ab illis populis fuerit (sc.: et futurum fuerit), si Capitolium ab exsulibus obsessum scissent, suspicari de praeterito, quam re ipsa experiri est melius. Liv. 3, 10.

Hannibal adventu consulum mire gaudere; non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne unde raperet quidem quicquam reliqui erat, omni undique frumento, postquam ager parum tutus erat, in urbes munitas convecto, ut vix decem dierum frumentum superesset Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit (sc.: et futura fuerit), si maturitas temporum expectata foret. Liv. 22, 40.

Promulgata lege (sc. des Terentilius Arsa), senatus a praefecto urbis Q. Fabio vocatur, qui adeo atrociter in rogationem latoremque ipsum est invecus, ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent tribunum, relictum minarum atque terroris sit (statt ut nihil relictum sit, quo plus terroris injici potuerit, si ambo consules infesti circumstarent tribunum). Liv. 3, 9.

§ 26. Ann. 5. Im Anschlusse an Conjunctivi Imperfecti und Plusquamperfecti unwahrer hypothetischer Perioden der Gegenwart und Vergangenheit können in conjunctivischen Nebensätzen aus leicht erklärlichen Gründen auch Haupttempora stehen. **)

Si concederetur, etiamsi ad corpus nihil referatur, ista sua sponte et per se esse jucunda, per se esset et virtus et cognitio rerum, quod minime ille vult, expetenda. Cic. fin. 1, 7.

A. Caecinam non commendarem tibi, nisi me et patris ejus memoria et hujus fortuna ita moveret, ut hominis omnibus mecum studiis officiisque conjunctissimi movere debeat. Cic. ad fam. 13, 66.

Illud, si ulla alia de re obscura affirmare possem, sive anima sive ignis sit animus, eum jurarem esse divinum. Cic. Tusc. 1, 25.

Quod si ipsam honestatem undique perfectam atque absolutam penitus viderent, quoniam gaudio completerentur, quum tanto opere ejus adumbrata opinione laetentur. Cic. de fin. 5, 24.

Id quibus virtutibus inducti ita judicant, sicut traditum (= si traditum esset f. Weiss.) a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem, ita meas opiniones conjectando rem vetustate obrutam non interponam. Liv. 29, 14.

An ille praetor, ille vero consul, si modo haec templa atque ipsa moenia stare eo vivo tamdiu et consulatum ejus expectare potuissent, ille denique vivus mali nihil fecisset, qui mortuus uno ex suis satellitibus, Sex. Clodio, duce curiam incenderit? Cic. Mil. 33, 90.

Qui quum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? Cic. Mil. 33, 90. Incitatissimam retinui, aegre mehercule, nec retinuissem, si uno loco (legiones) habuissem, utpote quum singulae quaedam cohortes seditionem fecerint. Cic. ad fam. 10, 32.

Cepissent tanto impetu castra, ni se tanta vis aquae dejecisset, ut vix in castra sua receperint se victores, quosdam etiam religio ceperit ulterius quicquam eo die conandi. Liv. 28, 15.

Daß im Anschlusse an Conjunctivi Imperfecti und Plusquamperfecti unwahrer hypothetischer Perioden der Gegenwart und Vergangenheit in conjunctivischen Nebensätzen auch Nebentempora stehen, beweisen folgende Beispiele:

Qui (P. Vettius Chilo) isti ita et amicus et necessarius est, ut, etiamsi vir bonus non esset, tamen quod contra istum diceret, grave videretur. Cic. Verr. 3, 71.

Judicis est, semper in causis verum sequi, patroni, nonnunquam veri simile, etiam si minus sit verum, defendere, quod scribere, praesertim quum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panaetio. Cic. off. 2, 14.

A. Caecinam non commendarem tibi, quum scirem, qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse, nisi me et patris ejus memoria et hujus fortuna moveret. Cic. ad fam. 13, 66.

Nisi ineptum putarem in tali disputatione id facere, jurarem me ea sentire, quae dicerem (d. h. was ich jetzt sage). Cic. Acad. 2, 65. ***)

Audebo etiam obligare fidem meam, patres conscripti, vobis populoque Romano, quod profecto, quum me nulla vis cogeret, facere non auderem. Cic. Phil. 5, 18.

Quae mihi ipsi tribuenda laus esset, quum tantum in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem, si id, quum conabar, sine maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitrarer? Cic. pro Mil. 30, 82.

Multum haec vox fortasse deberet valere ejus hominis, qui consul insidias rei publicae consilio

*) S. Progr. Gumbinnen 1862, § 31.

**) Madvig de fin. p. 58.

***) In ähnlicher Weise: Tempus erat (es wäre Zeit), T. Manli vosque patres conscripti, tandem jam vos nobiscum nihil pro imperio agere, quum fortissimum deum benignitate nunc Latium armis virisque videretis. Liv. 8, 5.

investigasset, veritate aperisset, magnitudine animi vindicasset, quum ipse nihil audisse de P. Sulla, nihil suspicatum esse diceret. Cic. pro Sull. 5, 14.

Nam si Torquatus Sullam solum accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum, qui accusatus esset, defenderem; sed quum ille tota oratione illa in me esset invecus et quum, ut initio dixi, defensionem meam spoliare auctoritate voluisset, etiam si meus dolor respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc a me orationem flagitavisset. Cic. pro Sull. 12, 35.

Neque enim Pompejus me sua causa quidquam facere voluisset invitum, neque ego, cui omnium civium libertas carissima fuisset, meam projecissem. Cic. pro Rab. Post. 12, 33.

Si mihi nunquam amicus C. Caesar fuisset, si semper iratus, si aspernaretur amicitiam meam seseque mihi implacabilem inexpiabilemque praeberet, tamen ei, quum tantas res gessisset gereretque quotidie, non amicus esse non possem. Cic. in Pis. 33, 81.

Besonders lehrreich ist Cic. pro Lig. 5, 15, wo Neben- und Haupttempora in von hypothetischen Sätzen abhängigen Nebensätzen wechseln: Quam multi essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, quum etiam de victis reperiantur! quam multi, qui quum a te ignosci nomini vellent, impedirent clementiam tuam, quum etiam hi, quibus ipse ignovisti, nolint te esse in alios misericordem!

§. Ist ein konjunktivischer Nebensatz einem Infinitivus oder Participium Praesentis § 27. oder Futuri, einem Adjectivum, Gerundium oder Supinum untergeordnet, so richtet sich das Prädikat desselben nach dem Tempus des Verbum desjenigen Satzes, an welchem der Infinitivus sich anschließt, oder in welchem das Participium, das Adjectivum, das Gerundium oder das Supinum sich vorfindet, und steht also, wenn jenes Verbum ein Haupttempus ist, im Conjunctivus eines Haupttempus, wenn es ein Nebentempus (Praesens historicum) ist, im Conjunctivus eines Nebentempus.

Wird ein konjunktivischer Nebensatz von einem Participium Perfecti oder einem Infinitivus Perfecti oder einem andern Nebensatz, dessen Prädikat ein Conjunctivus Perfecti ist, abhängig gemacht, so steht das Prädikat desselben immer im Conjunctivus eines Nebentempus, wenn das regierende Verbum (d. h. das Verbum des Satzes, zu welchem das Participium oder der Infinitivus Perfecti oder der bezeichnete Nebensatz mit dem Conjunctivus Perfecti als Prädikat gehört,) ein Praeteritum ist. Ist das regierende Verbum dagegen ein Praesens oder ein präsentisch zu konstruierendes Tempus d. h. ein Futurum oder ein eigentliches Perfectum und schließt sich daran ein Participium oder ein Infinitivus Perfecti oder ein Nebensatz mit einem Conjunctivus Perfecti als Prädikat, so findet sich in dem von diesem Participium oder Infinitivus oder Conjunctivus Perfecti abhängigen konjunktivischen Nebensatz stets dasjenige Tempus, das auch gesetzt sein würde, wenn die durch die eben genannten perfektischen Formen ausgedrückte Handlung ganz unabhängig dastände. *)

Vereor committere, ut non bene provisa et diligenter explorata principia ponantur. Cic. leg. 1, 13.

Rubrius ad eum rem istam defert, Philodamum esse quendam, genere, honore, copiis, existimatione facile principem Lampsacenorum; ejus esse filiam, quae cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet, mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiae existimari. Cic. Verr. 1, 25.

P. Scipio pollicetur, sibi magnae curae fore, ut omnia civitatibus, quae ejusque fuissent, restituerentur. Cic. Verr. 4, 33.

Addit (= addidit) Milo, ex omnibus praemiis virtutis, si esset habenda ratio praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam; esse hanc unam, quae brevitatem vitae posteritatis memoria consolaretur, quae efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus; hanc denique esse, cujus gradibus etiam in coelum homines viderentur ascendere. Cic. pro Mil. 35, 97.

Solet idem Roscius dicere (= dicebat), se, quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum. Cic. de orat. 1, 60.

Aderant unguenta, coronae; incendebantur odores; mensae exquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu (Dionysius)

*) Reusch „Zur Lehre von der Tempusfolge“ Progr. Elbing 1861, S. 8.

fulgentem gladium, e lacunari seta equina aptum, demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Cic. Tusc. 5, 21.

Utrumque jussit interfici, alterum, quia viam demonstravisset interimendi sui, alterum, quia dictum id risu approbavisset. Cic. Tusc. 5, 20.

An, inquit Cotta, oblitus es, quid initio dixerim, facilius me, talibus praesertim de rebus, quid non sentirem, quam quid sentirem, posse dicere? Cic. N. D. 2, 1.

Quis miles fuit, qui non indoluerit, tam sero se, quam nequam hominem secutus esset, cognoscere? Cic. Phil. 2, 25.

Haec quum audissem et jam in itinere essem, committendum non putavi, prius ut Alpes transgrederer, quam quid istic ageretur, scirem. Cic. ad fam. 11, 20.

Ipsae singulos, ut sese haberent, rogans curam eorum nominatim legis tribunisque et praefectis demandabat. Liv. 8, 36.

Inde ad Syphacem legati missi, summa ope et ipsam reparantem bellum, quum uxor non jam, ut ante, blanditiis satis potentibus ad animum amantis, sed precibus et misericordia valuisset, plena lacrimarum obstans, ne patrem suum patriamque proderet iisdemque flammis Carthaginem, quibus castra conflagrassent, absumi sineret. Liv. 30, 7.

Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos juvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Liv. 1, 56.

Cujus de adventu quum fama in Graeciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Nep. Them. 2, 6.

Atque ego ex istis saepe audivi, quum dicerent, pergratum Athenienses et sibi fecisse et multis principibus civitatis, quod, quum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent, tres illius aetatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum et Diogenem. Cic. de orat. 2, 38.

Neque adhuc causam ullam excogitare potuit, quam ob rem commiserit aut quid eveniret, ut in tantum periculum veniret. Cic. Verr. 1, 27.

Aristides in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix reliquerit. Nep. Arist. 3, 2.

Moneo praedicoque, tempus hoc vobis divinitus datum esse, ut odio, invidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis. Cic. Verr. Act. pr. 1, 15. (Unabhängig von moneo praedicoque hätte von Cicero, um die Absicht als noch fortdauernd darzustellen, gesagt werden können: Tempus hoc vobis divinitus datum est, ut odio ordinem liberetis, nach § 18 freilich auch liberaretis, weshalb l. c. liberaretis durchaus unanstößig gewesen wäre, wie putisceret Cic. fin. 5, 13, unanstößig ist).

Quod ad rem publicam attinet, in unam causam omnis contentio coniecta est de provinciis, in quam adhuc incubuisse cum senatu Pompejus videtur, ut Caesar Idibus Novembribus decedat. Cic. ad fam. 8, 11.

Illud tamen vel tu me monuisse vel censuisse puta vel propter benevolentiam tacere non potuisse, ut, quod ego facio, tu quoque animum inducas. Cic. ad fam. 4, 8.

An ego tantam aut animi duritiem habere aut oculorum impudentiam possim, ut cuius urbis servatorem me esse senatus omnium assensu totiens judicavit, in ea possim intueri domum meam eversam non ab inimico meo, sed ab hoste communi et ab eodem aedem exstructam et positam in oculis civitatis, ne unquam conquiescere possit fletus bonorum? Cic. pro dom. 38, 101.

Id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. Cic. fin. 1, 3. Bei demselben Schriftsteller liest man de divin. 1, 30.: Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur.

Sed tamen ait (Cato), in senatu se adesse velle, si Caesar adductus sit (hervorgegangen aus adductus erit in der direkten Rede), ut praesidia deducat. Cic. ad Att. 1, 15.

Nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat, ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur voluptatibus. Cic. fin. 2, 13.

Medeam praedicant in fuga fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa moerorque patrius celeritatem persequendi retardaret. Cic. de imp. Cn. Pomp. 9, 22.

Finalsätze der letztern Art mit Konjunktiven des Imperfects finden sich viele, und zwar abhängig von einer Inf. Perf.: Cic. de imp. Cn. Pomp. 19, 57, de re publ. 2, 10, in Pis. 15, 36, von einem Part. Perf.: Cic. Phil. 13, 13, de div. 1, 30 und von einem Conj. Perf.: Cic. pro Sest. 36, 78, in Vatin. 14, 33, Verr. 3, 68, in Vatin. 6, 15.

Haec non cogitas neque intellegis satis esse viris fortibus didicisse, quam sit re pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum tyrannum occidere? Cic. Phil. 2, 46.

Quum constiterit inter doctos, quanti res quaeque sit, dum res maneant, verba fingant arbitrato suo. Cic. fin. 5, 29.

In quo ego demiror, meminisse te, quid objecerit C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse, quid aequi et jurati iudices judicaverint. Cic. pro Rab. perd. reo 2, 7.

Quid ego tibi scripserim, te non arbitror oblitum. Cic. ad fam. 8, 6.

Oblitumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris, ad me Tarento advolaris, quae tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei fracti communium miseriarum metu? Cic. ad fam. 11, 27.

Quae mea fuerit sententia, cognosse te ex M. Seio arbitror, qui nostro sermone interfuit. Cic. ad fam. 11, 7.

Me vero teste producto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audisse, quae consurrectio iudicum facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarent. Cic. ad Att. 1, 16.

Rationem meam dicam, ut aut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. Cic. ad fam. 2, 3.

Negat (Demosthenes), in eo positas esse fortunas Graeciae, hoc an illo verbo usus sit, huc an illuc manum porrexerit. Cic. orat. 8, 27.

Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei et diligentiae meae, satis causae et controversiae, satis etiam iudici fecisse videar, cur secundum Roscium iudicari debeat. Cic. pro Rosc. Com. 5, 14.

Quum igitur, quae causa illius tumultus fuerit, testes a nobis producti dixerint, ipse celarit, nonne causam hanc, quam nos proposuimus, quum illorum testimonia tum istius taciturnitas perpetua confirmat? Cic. Verr. 1, 31.

Quantum meum studium exstiterit dignitatis tuae vel tuendae vel augendae, non dubito, quin ad te omnes tui perscripserint. Cic. ad fam. 5, 8.

Miror, quae causa fuerit, quare consilium mutaris. Cic. ad Att. 8, 12.

Nemo fere vestrum est, quin, quemadmodum captae sint a M. Marcello Syracusae, saepe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Cic. Verr. 4, 52.

Illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret. Cic. pro Mur. 12, 27.

Indirekte Frageätze der letztern Art, welche Konjunktive des Imperfects zu Prädikaten haben, finden sich viele; so nach einem Inf. Perf.: Cic. pro Sull. 18, 50, de imp. Cn. Pomp. 9, 26 und nach einem Conj. Perf.: Cic. fin. 4, 6, pro dom. 11, 29, pro Rosc. Am. 14, 41.

Videmus nationes eas, quae numero hominum poterant in provincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas, ut Asia, quae imperium antea nostrum terminabat, nunc tribus novis provinciis ipsa cingatur. Cic. de prov. cons. 12, 31.

Ostendam sic provinciam per triennium vexatam atque vastatam, iudices, ut eam multis annis multorum innocentia sapientiaque recreare nequeamus. Cic. Verr. 3, 8.

Ita fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat praeter voluntatem. Cic. ad fam. 15, 13.

Quamquam intellego, in nostra civitate inveterasse jam a bonis temporibus, ut splendor aedilitatum ab optimis viris postuletur. Cic. off. 2, 16.

Istam quoque aggredere causam tractatam praesertim et ab aliis et a te ipso saepe, ut tibi deesse non possit oratio. Cic. fin. 4, 1.

Quid dubitas, inquam, summo bono a te ita constituto, ut id totum in non dolendo sit, id tenere unum, id tueri, id defendere? Cic. fin. 2, 4.

Nulla gens est, quae non aut ita sublata sit, ut vix exstet, aut ita domita, ut quiescat, aut ita pacata, ut victoria nostra imperioque laetetur. Cic. de prov. cons. 12, 31.

Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerint, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Cic. de imp. Cn. Pomp. 13, 39.

Atque hoc quidem perspicuum est, tum aegritudinem existere, quum quid ita visum sit, ut magnum quoddam malum adesse et urgere videatur. Cic. Tusc. 3, 13.

Scitote, tantam acerbitatem istius, tantum scelus in aratores fuisse, ut homines propter injurias licentiamque decumanorum mortem sibi ipsi consciverint. Cic. Verr. 3, 56.

Atque in hoc loco in L. Caecilium vehementer invectus est, cujus ego de virtute tantum dico, talem hunc in ista rogatione fuisse, ut consulere voluerit fratri, cum re publica pugnare noluerit. Cic. pro Sull. 22, 62.

Perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitae aut corpori potuerint afferre. Cic. pro Caec. 21, 61.

Damonem et Phintiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut, quum eorum alteri Dionysius diem necis destinavisset et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter ejus sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Cic. off. 3, 10.

Quo in genere ita multi perfecti homines exstiterunt, ut nemo fere studuisse ei scientiae vehementius videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit. Cic. de orat. 1, 3.

Ex ista reperietis hereditate ita istum praedatum, ut perpauca occulte fecerit. Cic. Verr. 2, 18.

Duo et quinquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne vicarii quidem successerint. Cic. Verr. 3, 51.

Quid ex eo boni sperari atque effici potest, qui in patris luxurie sic vixerit, ut nullum unquam pudicum neque sobrium convivium viderit? Cic. Verr. 3, 68.

Una centuria praerogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit aut iis ipsis comitiis consul aut certe in illum annum. Cic. pro Planc. 20, 49.

Quis enim nostrum, iudices, ignorat, ita naturam rerum tulisse, ut quodam tempore homines nondum neque naturali neque civili jure descripto fusi per agros ac dispersi vagarentur tantumque haberent, quantum manu ac viribus per caedem ac vulnera aut eripere aut retinere potuissent. Cic. pro Sest. 42, 91.

Konfektivsätze der letzten Art, welche Konjunktive des Imperfekts zu Prädikaten haben, finden sich viele, so nach einem Inf. Perf.: Cic. de orat. 1, 61, pro Mil. 35, 95, off. 1, 1, pro Balb. 20, 47, nach einem Part. Perf.: Cic. fin. 2, 35, Tusc. 4, 38 und nach einem Conj. Perf.: Cic. in Vatin. 9, 23; 12, 30, fin. 4, 13.

Auch kommen Haupt- und Nebentempora in koordinirten Konfektivsätzen der bezeichneten Art neben einander vor, jedoch mit erkennbarem Unterschiede; so Cic. ad fam. 7, 23: Est mihi gratissimum, tanti a te aestimatam consuetudinem vitae victusque nostri, primum ut

eam domum sumeres, ut non modo prope me, sed plane mecum habitare posses, deinde ut migrare tantopere festines; ferner Cic. pro Rosc. Am. 44, 127: Ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum civem Roscium fuisse fingeret, ut eum apud adversarios occisum esse diceret, ut hisce de rebus a legatis Amerinorum doceri L. Sullam passus non sit, und Cic. pro Sull. 11, 32: Ecquem tu horum aut tam sceleratum statuis fuisse, ut haec omnia perire voluerit, aut tam miserum, ut et se perire cuperet et nihil haberet, quod salvum esse vellet?, aber derselbe Tempuswechsel findet sich in Konjunktivsätzen auch da, wo dieselben sich an einen unabhängigen Satz anlehnen (f. § 20).

Quum incensum vendit, hoc judicat, quum ii, qui in servitute justa fuerint, censu liberentur, eum, qui, quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicavisse. Cic. pro Caec. 34, 99.

Credamus, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem. Cic. off. 1, 7.

Usque eo senatoria judicia profligata esse arbitratur, ut hoc palam dicitur, non sine causa se cupidum pecuniae fuisse, quoniam in pecunia tantum praesidium experiatur esse. Cic. Verr. Act. pr. 3, 8.

Credo ego vos, iudices, mirari, quid sit, quod, quum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, qui neque aetate neque ingenio neque auctoritate sim cum his, qui sedeant, comparandus. Cic. pro Rosc. Am. 1, 1.

Fatebor etiam illud invitum, me prorsus, quum iste punctum temporis nullum vacuum peccato praeterire passus sit, omnia, quae ab isto commissa sunt, non potuisse cognoscere. Cic. Verr. 1, 40.

Utrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse, quum ea, quae sine causa mirentur alii, neglexeris. Cic. ad fam. 7, 1.

Nunc hoc probabis viris talibus, quum aedificium tuo jure disturbare non potueris, homines, qui in eo aedificio fuerint, te tuo jure potuisse occidere. Cic. pro Tull. 23, 53.

Quamquam quis hoc credat, Cn. Pompejum, quum senatus ei commisserit, ut videret, ne quid res publica detrimenti caperet, hunc exercitu, hunc dilectu dato iudicium expectaturum fuisse in ejus consiliis vindicandis, qui vi judicia ipsa tolleret? Cic. pro Mil. 26, 70.

Simul una res utrique rei est argumento, et aratores vi et metu coactos Apronio multo plus, quam debuerint, dedisse et Apronium istius rem suo nomine egisse, quum L. Metellus statuerit, non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scelere atque improbitate judicaretur. Cic. Verr. 3, 65.

Dicimus C. Verrem, quum multa libidinosae, multa crudeliter in cives Romanos atque socios, multa in deos hominesque nefarie fecerit, tum praeterea quadringenties sestertium ex Sicilia contra leges abstulisse. Cic. Verr. Act. pr. 18, 56.

Ego enim sic arbitror, Bulbum, quod homo nequam multis flagitiis contaminatus in iudicium sit adductus, idcirco esse damnatum. Cic. pro Cluent. 35, 97.

Pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quod pro salute mea multa pericula adierit, gratum etiam tibi fecisse. Cic. ad fam. 13, 60.

Nec Marcellum existimo apud Clastidium ideo fortem fuisse, quia fuerit iratus. Cic. Tusc. 4, 22.

Quos ego existimo, etiam si qui ipsi rem publicam non gesserint, tamen, quoniam de re publica multa quaesierint et scripserint, functos esse aliquo rei publicae munere. Cic. de re publ. 1, 7.

Nec timet, ne, quum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rem publicam singularibus. Cic. pro Mil. 35, 95.

Indicas eos testes te producere, qui, quia nummos acceperint, te praeterierint. Cic. pro Plane. 22, 54.

Primum illud statuamus, utrum quia censores subscripserint, ita sit, an, quia ita fuerit, illi subscripserint. Cic. pro Cluent. 44, 123.

Intellegere debetis interesse, utrum id onus vosmet ipsi rejeceritis, an, quod probare populo Romano fidem vestram et religionem non potueritis, eo vobis iudicandi potestas erepta sit. Cic. Verr. 1, 8.

Adulescentulus sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continuo consilium demiserit, simulac me fractum ac debilitatum metu viderit. Cic. de orat. 1, 26.

Restitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam, aut confitere, te huc ea spe venisse, quod putares, hic latrocinium, non iudicium futurum. Cic. pro Rosc. Am. 22, 61.

Kausalfätze der letztern Art, welche Konjunktive des Imperfects oder Plusquamperfects zu Prädikaten haben, finden sich viele, so nach einem Inf. Perf.: Cic. div. 1, 53 (fonceffiv), Tusc. 1, 34 (fonceff. c. Plusq.), Tusc. 1, 34, ad fam. 5, 7, de orat. 2, 86, pro Planc. 29, 71, de divin. 2, 18, Verr. 3, 64 u. 2, 7, Phil. 13, 21, Att. 10, 3, nach einem Part. Perf.: Cic. off. 2, 24 und nach einem Conj. Perf.: Cic. de orat. 2, 37, pro Planc. 15, 36 (fonceffiv), in Pis. 26, 63 (fonceffiv), pro Cael. 32, 78, in Vatin. 6, 15.

Quis enim putare vere potest, plus egisse Dionysium tum, quum omnia moliendo eriperit civibus suis libertatem, quam ejus civem Archimedes, quum istam ipsam sphaeram, de qua modo dicebatur, nihil quum agere videretur, effecerit? Cic. de re publ. 1, 17.

De Africano quidem vel jurare possum, non illum iracundia tum inflammatum fuisse, quum in acie Allienum Pelignum scuto protexerit gladiumque hosti in pectus infixerit. Cic. Tusc. 4, 22.

Confitere te, quum alio die dixeris, sobrium non fuisse. Cic. Phil. 2, 33.

Scito me, postquam in urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris in gratiam. Cic. ad fam. 9, 1.

Nam deos hominesque testifcor, me, postquam Caesarem convenerim sententiamque ejus cognoverim, te certiore fecisse. Cic. ad fam. 8, 16.

Tantum dicam, quod te spero approbaturum, me, postquam illi arti, cui studueram, nihil esse loci neque in curia neque in foro viderim, omnem meam curam atque operam ad philosophiam contulisse. Cic. ad fam. 4, 3.

Perhibetur, ut adoleverit, et corporis viribus et animi ferocitate ceteris praestitisse. Cic. de re publ. 2, 2.

Fatetur, hunc, ut Pompejus in Hispaniam venerit Memmiumque habere quaestorem coeperit, nunquam a Memmio discessisse. Cic. pro Balb. 2, 5.

Illud dico, me, ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare coepisse. Cic. ad fam. 5, 2.

De me sic existimes velim, non me repentina aliqua voluntate ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse, sed, ut primum forum attigerim, spectasse semper, ut tibi possem quam maxime esse conjunctus. Cic. ad fam. 5, 8.

Semel ait se in vita pertimuisse, tum, quum primum reus a me factus sit. Cic. Verr. Act. pr. 2, 5.

Nec ea dico, quae si dicam, tamen infirmare non possis, te, antequam de Sicilia decesseris, in gratiam redisse cum Verre. Cic. divin. in Caecil. 9, 29.

Si cantus eos forte delectant, primum cogitare debent, antequam hi sint inventi, multos beate vixisse sapientes. Cic. Tusc. 5, 40.

Equidem etsi doleo, me in vitam paulo serius, tanquam in viam, ingressum, priusquam confectum iter sit, in hanc rei publicae noctem incidisse, tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi, Brute, adhibuisti tuis suavissimis literis. Cic. Brut. 96, 330.

Tu autem velim ut putes, dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi, scribendi me impudentiam suscepisse. Cic. or. 71, 288.

Hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me esse paulo obscurius. Cic. de orat. 1, 41.

Fateatur id, quod negari non potest, se privatum hominem praedonum duces vivos atque incolumes domi suae, posteaquam Romam redierit, usque dum per me lierit, retinuisse. Cic. Verr. 1, 5.

Profecto intellegitis, illinc ab initio cupiditatem pugnasse et audaciam, hinc veritatem et pudorem, quoad potuerit, restitisse. Cic. pro Quint. 25, 79.

Mihi quidem ille pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. Cic. Phil. 11, 6.

Quod est, pontifices, jus adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos possit et, quum potuerit, sit expertus. Cic. pro dom. 13, 34.

Quid potest dicere, quin, quum de illo tacuerit, se hostem confessus sit? Cic. Phil. 3, 8. Id a me rectum puto, quod non statim, ut imperator appellatus sim, litteras miserim. Cic. ad fam. 3, 9.

Veni Brundisium. Oblitumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris, ad me Tarento advolaris? Cic. ad fam. 11, 27.

Reperietis, me esse unum ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possimus, qui consulatum petierim, quum primum licitum sit, consul factus sim, quum primum petierim. Cic. de leg. agrar. 2, 2.

Nescire, quid, antequam natus sit, acciderit, id est semper esse puerum. Cic. or. 34, 120.

Mitto, quod eas ita partas habent ii, qui nunc obtinent, ut non ante attigerint, quam hunc ordinem condemnarint. Cic. de prov. cons. 2, 3.

Sic enim fingunt, quum Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum repente evolasse istos praeclaros testes sine nomine. Cic. pro Cael. 26, 63.

Temporalfätze der letzten Art, welche Konjunktive des Imperfekts oder Plusquamperfekts zu Prädikaten haben, finden sich viele, so nach einem Inf. Perf.: Cic. fin. 2, 20, pro Mur. 15, 33, Tusc. 3, 24, de div. 1, 23, de re publ. 1, 17, Tusc. 4, 5, de div. 1, 23 und 1, 26, Verr. 3, 96, ad fam. 4, 3 und nach einem Conj. Perf.: Cic. in Vatin. 14, 33, ad fam. 11, 16, pro Balb. 19, 43, Phil. 9, 7, ad Att. 5, 19, in Vatin. 11, 27.

Dico, aut omnes extra culpam fuisse, aut si uni tribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimam navem, plurimos nautas haberet. Cic. Verr. 5, 51.

Tu igitur, si aequum est, esse vim non in caede solum, sed etiam in animo, ibi dicis, nisi cruor appareat, vim non esse factam. Cic. pro Cacc. 26, 76.

Itaque respondeo, me, quamquam justis de causis rationes deferre properarim, tamen te exspectaturum fuisse, nisi in provincia relictas rationes pro relatis haberem. Cic. ad fam. 5, 20.

Hoc mihi velim credas, si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Caesaris voluntate, id fecisse aliorum consilio. Cic. ad fam. 13, 29.

Ergo illud jam perspicuum profecto est, si neque amens pater neque perditus filius fuerit, neque odii causam patri neque sceleris filio fuisse. Cic. pro Rosc. Am. 14, 41.

Judicia rerum in sensibus ponit, quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne iudicium veri et falsi putat. Cic. fin. 1, 7.

Scribis enim, quae de nostris officiis ego ad te scripserim, etsi ea tibi jucunda fuerint, tamen, quoniam ex alto repetita sint, non necessaria te putasse. Cic. ad fam. 3, 5.

Cujus adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intellegunt ac retardatos. Cic. de imp. Cn. Pomp. 5, 13.

Existimo, jus augurum, etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea rei publicae causa conservatum ac retentum. Cic. div. 2, 35.

Quos ego existimo, etiam si qui ipsi rem publicam non gesserint, tamen, quoniam de re publica multa quaesierint et scripserint, functos esse aliquo rei publicae munere. Cic. de re publ. 1, 7.

Quaeri hoc solere me non praeterit, quemadmodum, si civitas adimi non possit, in colonias Latinas saepe nostri cives profecti sint. Cic. pro Caec. 33, 98.

Quaero, si haec emptoribus venditor non dixerit aedesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num id injuste aut improbe fecerit. Cic. off. 3, 13.

Jacent suis testibus, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Cic. pro Mil. 18, 47.

Koncessiv- und hypothetische Sätze der letztern Art, welche Konjunktive des Imperfects oder Plusquamperfects zu Prädikaten haben, finden sich viele, so nach einem Inf. Perf.: Cic. ad fam. 13, 76. pro Caec. 12, 35, pro Planc. 36, 88, de orat. 3, 46, pro Sull. 7, 22 und nach einem Conj. Perf.: Cic. ad fam. 15, 4, Liv. 3, 19, Cic. Verr. 1, 42.

Quum igitur eae partes in extis non reperiuntur, sine quibus victima vivere nequisset, intellegendum est, in ipso immolationis tempore eas partes, quae absint, interuisse. Cic. div. 1, 52.

Neque vero cuiquam salutem et fortunas suas tantae curae fuisse unquam puto, quantae mihi sit honor ejus. Cic. ad fam. 2, 6.

Video illum, qui dicatur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. Cic. pro Mil. 18, 48.

Audito senatus consultum in Armeniam et Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur. Cic. ad fam. 9, 15.

Satis me multa scripsisse, quae litteris commendari possint, arbitror. Cic. ad fam. 11, 10.

Cachinnare ipse Apronius; nisi forte existimatis, eum in vino atque luxu non risisse, qui nunc in periculo atque exitio suo risum tenere non possit. Cic. Verr. 3, 25.

Qua impudentia putatis in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? Cic. Verr. 3, 67.

Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat? Cic. Tusc. 5, 21.

Nulliusque unius disciplinae legibus adstricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid sit in quaque re maxime probabile, semper requiremus. Cic. Tusc. 4, 4.

Credo ego vos, iudices, mirari, quid sit, quod, quum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, qui neque aetate neque ingenio neque auctoritate sim cum his, qui sedeant, comparandus. Cic. pro Rosc. Am. 1, 1.

Metuo, ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare possimus. Cic. ad fam. 14, 12.

Jam omnes intellegunt, cur universa provincia defensorem suae salutis eum quaesierit, cujus iste fidei nulla ratione eripi possit. Cic. Verr. 3, 26.

Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter tot annos unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Cic. de imp. Cn. Pomp. 23, 68.

Quemquam igitur putas dubitaturum, quin is, quem tibi inimicissimum esse oporteat, qui abs te gravissimas injurias acceperit, pecuniam statuae nomine dederit vi atque imperio adductus, non officio ac voluntate? Cic. Verr. 2, 62.

Quamquam opinio est, et eum, qui multis annis ante hos fuerit, Pisistratum et paulo seniore etiam Solonem multum valuisse dicendo. Cic. Brut. 7, 27.

Fateor, me tantum tribuisse doctrinae temporis, quantum mihi puerilis aetas, forenses feriae concesserint. Cic. de orat. 3, 22.

Atque hoc peraeque in omni agro decumano reperietis, quibus aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumento, minus multis jugis, remansisse. Cic. Verr. 3, 52.

Quod videmus etiam in fabulis ipsis illis, qui „oderint, dum metuant“ dixerint, perniciosum fuisse. Cic. Phil. 1, 14.

Negat se, negat ingratis civibus fecisse, quae fecerit. Cic. pro Mil. 35, 95.

Meminit etiam, sibi vocem praeconis modo defuisse, quam minime desiderarit, populi vero cunctis suffragiis, quod unum cupierit, se consulem declaratum. Cic. pro Mil. 35, 96.

Non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. Cic. pro Mil. 18, 47.

Credas velim, nullum unquam fuisse tempus neque honorum neque laborum meorum, in quo non hujus municipii studium in me exstiterit singulare. Cic. ad fam. 13, 7.

Non potes praedicare, magno te decumas vendidisse, cum fuisse fateare, qui multo pluris voluerit emere. Cic. Verr. 3, 64.

Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa, qui propter gravem morbum oculorum tum non navigarit et jussu ejus, qui potestatem habuit, in comiteatu Syracusis remanserit. Cic. Verr. 5, 43.

Necesse est, quod redundarit de vestro frumentario quaestu, ad illum potissimum defluisse. Cic. Verr. 3, 66.

Quid proficies, quum illi hoc respondebunt tibi, quod tu nunc mihi, armatos se tibi obstitisse, ne in aedes accederes, dejici porro nullo modo potuisse, qui non accesserit? Cic. pro Caec. 13, 36.

Et sunt, qui ab eo spirante forum putent potuisse defendi, cujus non restiterit cadaveri curia! Cic. pro Mil. 33, 91.

Unum etiam mihi reliquum ejus modi crimen est, iudices, ex quo illud perspicere possitis, quod a me initio orationis dictum est: quidquid mali per hos annos A. Cluentius viderit, quidquid hoc tempore habuerit (al. habeat) sollicitudinis ac negotii, id omne a matre esse conflatum. Cic. pro Cluent. 61, 169.

Quis enim non videat, C. Caelio, aequali meo, magno honori fuisse illam ipsam, quamcumque assequi potuerit, in dicendo mediocritatem? Cic. de orat. 1, 25.

Sic, mi Paete, habeto, quidquid elaborari aut effici potuerit ad istorum benevolentiam conciliandam et colligendam, summo studio me consecutum esse. Cic. ad fam. 9, 16.

Videsne, in ea ipsa urbe, in qua et nata et alta sit eloquentia, quam ea sero prodierit in lucem? Cic. Brut. 10, 39.

Omnia domestica atque urbana mitto, quae tanta sunt, ut nunquam Hannibal huic urbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint. Cic. de prov. cons. 2, 4.

Restat, iudices, ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium occiderit, is, ad quem morte ejus divitiae venerint, an is, ad quem mendicitas. Cic. pro Rose. Am. 31, 88.

Quonam meo fato, Patres conscripti, fieri dicam, ut nemo his viginti annis rei publicae fuerit hostis, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Cic. Phil. 2, 1.

Quum pro sua patria pauci reperti sint, qui nullis praemiis propositis vitam suam hostium telis objecerint, pro aliena re publica quemquam fore putatis, qui se opponat periculis, non modo nullo proposito praemio, sed etiam interdicto? Cic. pro Balbo 10, 26.

Quaero, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? Cic. in Vatin. 9, 22.

Sed ineptum est, de tam perspicua istius impudentia pluribus verbis disputare, praesertim quum iste aperte omnium sermonem contempserit, qui etiam ad extremum adscripsit „rediviva sibi habeto“. Cic. Verr. 1, 56.

